UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Philippi Ecclesiæ Eystettensis XXXIX. Episcopi. De Eivsdem Ecclesiæ Divis Tvtelaribvs. S. Richardo. S. Willibaldo. S. Wvnibaldo. S. Walpvrga. Commentarius nunc primum evulgatus

Philipp <Eichstätt, Bischof>

Ingolstadii, 1617

Handschriftliche Notizen

urn:nbn:de:hbz:466:1-70477

Visual Library

100 4

prodijt Anno ~~anno~~ huius sub CVIII.

~~[illegible]~~ Martyrologium, Anglice scriptum hoc titulo, si Latine reddas. Anglicanum Martyrologium continens summatim vitas Sanctorum, qui in tribus Regnis Angliae, Scotiae et Hiberniae floruerunt. Cuius auctor nomen suum non nisi per duabus literis I. W. obscure insinuavit. In eo plura nostri ~~nostri~~ Sancti Eystettenses, quae habet encomia et anniversaria memoria, sed, quod dolendum, non sine erroribus Historicis et Chronologicis eiusmodi hallucinationes supra ducentas in illo Martyrologio se notasse scripsit ad me R. P. Stephanus Vitus Hibernus ex Societate nostra Theologus vir Anglicanae linguae intelligens. Quantus enim error inest in his de S. Wunibaldo:

XXIV. Septembris apud Eist (Eystadium) in superiore Germania translatio S. Winibaldi Abbatis et Confessoris, filij S. Richardi Regis Anglorum, qui sua cum fratre traiecimus in Flandriam et Germaniam

una cum S. Willebrordo et Socijs ad Euangelium Christi populis illis an-
nunciandum, à fundamentis erexit monasterium in Provincia Franconia,
dictum Heydelmaine, cuius ipse egit Abbatem. quo munere postquam
Domino | per annos decem fuisset functus, sanctissime requievit Sanno Chri-
sti circiter 760. Corpus eius postea, sed hac die solemni-
ter fuit translatum in predictam urbem Eist, ubi in Cathe-
drali Ecclesia, una cum fratris sui Venerabilis S. Wille-
baldi iacet & asservatur, coliturq magna cum venera-
tione ab incolis.

Ut alios errores ex his, quae hactenus dispu-
tata sunt, perspicimus, quod nec S. Wuni-
baldus ~~...~~ Eystadij cu S. Wilibaldo fratre
suo, nunquam aut quievit aut ibi requievit,
to ad | sed usque ad Lutheranorum tempora
Haidenheimij ~~...~~ in Monasterio a se
condito mansit, prout cibus Eystadianae
Urbis incolis compertum est.
De eodem idem Martyrologium XVIII. ~~D~~
Decembris. Apud Heidenheim in Franconia
depositio S. Wunibaldi Abbatis & Confessoris, filij S. Ri-
cardi Regis Anglorum. Qui comitem se praebuit pro-
ficiscentis ad Belgas et Germanos sui Avunculi & Mo-
guntinensis Archiepiscopi S. Bonifacij, qui ipsum ordinavit
Abbatem Monasterij à se fundati in illa provincia dicti
Haidens

Heidenheim. cui cum per decennium præfuisset, sanctitate & miraculis clarus, requieuit in pace anno Christi 760. et sepultus in eodem monasterio, ubi in marmore illius sepulchri insculptum est hoc Epitaphium. Hic Wimbaldus Richardi. etc. eius corpus postea translatum est ad Eist urbem Germaniæ, ibiq conditum cum suo fratre S. Willebaldo, ubi cum magna ueneratione asseruat

Quae erroribus scatent, ut plerumque fit, ea tota fere nostra de sanctis Eystettensibus disputatione.

Hoc folium causam S. Walpurgis agit, ut te sequentia docebunt. Apud Sanctimoniales Heidenheim in superiore Germania depositio S. Walpurgæ Virginis & Abbatissæ, filiæ S. Richardi Regis Angliæ. Quæ post mortem Patris (quem ista I. W. aiebat obijsse anno salutis circiter 750) uocata à S. Bonifacio Archiepiscopo Moguntino, et suo Auunculo, per eundem consecrata est Abbatissa prædicti Monasterij Heidenheim. ubi sanctitate uitæ & miraculorum gloria coruscans, suum in sui coelestis sponsi manus spiritum tradidit anno Christi circiter 776. eius corpus postea translatum est ad Eist, ubi & collocatum est in Ecclesia Cathedrali, iuxta Venerabile corpus sui Fratris S. Willebaldi, ex quo in hodiernum usq diem manat suaue & pretiosum oleum, pro multis morbis curandis efficacissimum. Supra eius tumbam in marmore inscriptum est breue illud Epitaphium: Filia Regis erat. etc. Festum e Translationis in Germania 1° maij cum magna solemnitate ac deuotione à populo Eist urbis. In album Sanctorũ fuit Walpurgæ nomen illatum ab Secundo Papa.

Quæ in narratione [illegible] manifesti errores continentur, ex quibus non infirmus illa S. Walpurga Eychstadii in Templo cathedrali iuxta Wilibaldum fratrem suum sepultam esse, cum omnibus notum sit, [illegible] in Monasterio Virginum ordinis S. Benedicti, quod a S. Walpurga nomen sortitur, conditas esse.

as rig
nias

~~Ad quem diem~~

Ad cuius mensis quotum diem hoc Martyrologium referat, non invenio notatum in Excerptis: nam mihi ipsum Martyrologium non est ad manum.

De eadem Walpurga idem Martyrologium die IV. Augusti: Apud Furnos in Flandria, in Diœcesi Iprensi, Translatio partis gloriosi corporis S. Walpurgæ Virginis et Abbatissæ, filiæ S. Richardi Regis Anglorum. Quæ à S. Bonifacio Archiepiscopo Moguntino, suo avunculo vocata venit in Germaniam, ubi eam ordinavit in Abbatissam Monasterii recens ab ipso fundati Heydenheim appellati. In quo eodem loco plena sanctissimis meritis cœlesti suo sponso spiritum tradidit anno Christi 776. Reliquum Virginis corpus remanet apud Eist, quò ante fuit translatum; ex quo in hodiernum usque diem manat pretiosum oleum, multos morbos sanans. Præcipua Virginis

festivitas

festivitas olim in Catholica Anglorum Ecclesia celebrari consuevit 21. Ju
secundum usum Sarum; sed in Germania 1° Maij.

Sarum est antiquum quoddam Breviarium
ecclesiae Anglicanae, ut notavit supra nominatus
D. Stephanus Vitus. Alij IV. die Augusti celebrari
aiunt discessum S. Walpurgae ex Anglia.
De S. Willibaldo idem Martyrologium VII. die
Julij. Apud Eist in Germania depositio S. Willebaldi
Confessoris, & primi Episcopi eius Sedis, et filij S. Richardi Regis
Anglorum; qui traiecto mari profectus est in Germaniam ad
suum Avunculum S. Bonifacium, à quo ordinatus est Episco-
pus Eist; ubi sanctissimè vixit, & requievit in Domino, anno
~~salutis~~ Christi 781. Corpus eius sepultum est in Cathedrali Eccle-
sia illius Urbis, ubi asservatur magna cum veneratione.
Atque istae ~~de~~ paucula de S. Willibaldo breves [?]
canunt.

De S. Richardo idem Martyrologium 7. Februarij
Apud Lucam in Italia depositio S. Richardi Regis &
Confessoris, filij Lotharij Regis Cantuariorum; qui Christi amore procul pe-
regrinaturus Romam iuit, indeque in patriam revertens mortuus est apud
Lucam anno Christi circiter 750. ubi eius corpus quiescit & colitur
hodieque magna cum populi veneratione in sacello S. Frigdiani, & illi

sepulcrum

Sepulchrum duplici ornatur Epitaphio, solutæ & Ligatæ ora-
tionis. Ligata sic habet. Hic Rex Richardus. etc.

De patre S. Richardi vide quae dicta sunt
lib. 1. Observat. cap. 6. Romam [illegible]
quia in itinere obijt, non anno salutis 750.
sed longe antea. Haec meliora sunt, quae apud
Surium tom. 1. die VII. Februarij extant.
Nicolaus Harpsfeldius in Ecclesiastica
Historia Anglicana, nihil, quod animadversio-
nem de S. Richardo habet. Saeculo octavo
falsus Marcellinum in vita S. Swiberti
a librarijs corruptum ~~ad~~ [illegible] Ecberto mona-
chum [illegible] ~~[illegible]~~ transformat, in Ecbertum
Archiepiscopum ~~[illegible]~~ quasi huius missu
duodecim illi Apostoli in Frisiam profecti
fuerint. Sed ut ~~ita~~ verum est, ~~[illegible]~~ ipsos
missos fuisse ab Ecberto monacho, non
ab Archiepiscopo Ecberto, alio tamen ma-
culo Marcellino asperso non propterea pro
absurdis haberi possunt, ut ex cap. 9. Obser-
vationum lib. 1. plane suadit, et inter duo-
decim illos viros, ~~de~~ ab Ecberto mona-
cho in Frisiam missos fuisse Willibaldum
et Wunnibaldum, ut putat Harpsfeldius
a vero prorsus abhorret. De quo

copioſe libro 1. Obſeruationum.
Nec verum eſt, quod idem ſcribit, S. Walpurgam obiiſſe die primo Maij, cum in Februario postridie S. Matthiæ Apostol. ad meliorem vitam migrauit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN